Mystice ecclesia gentilium que deserta fuerat a domino per idolatriam et scelera immanitatem. habitatur per christi fidem et repletur multitudie credentium ex diversis nationibus cui per ysaiam dicitur. Et habitabit deserta et inuivata. et exultabit solitudo etc. et alibi. Lauda sterilis que non parit. recanta laudem et ymnus que non parturit quia multi filii deserte.

Accubantium greges etc. Greges ecclesie scilicet de gentibus congregate que in culmine virtutum consistunt. et tamen humilitatem non desunt. sed per fervorem spiritus sancti exercent studium bone operationis et dilectionis iura servant. quibus sociantur greges vel greges que in terra beniamin in circuitu hierusalem. et in civitatibus iuda versant. quia de illo patet prolo multi sunt que ad fidem christi et omnium suarum numerum pertinet. de quibus dicit. Oves mee vocem meam audiant et ego agnosco meas et sequuntur me.

Ad domum israel. De quibus ysaias erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium etc.

Non interibit. Rabanus. Hoc testimonium regno iudaici populi nec sacerdotio potest aptari. necesse est ergo ut ad regnum christi et sacerdotium transferat

chaldæis. et impleant eas cadaveribus hominum quos percussisti in furore meo et in indignatione mea: abscondes faciem meam a civitate hac propter omnem malitiam eorum. Ecce ego obducam eis cicatricem et sanitatem et curabo eos et revelabo illis deprecationem pacis et veritatis. et conversionem iuda et conversionem hierusalem. et edificabo illos sicut a principio. et emundabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccaverunt mihi. et propicius ero iniquitatibus eorum cunctis in quibus deliquerunt michi et spreverunt me. et erit michi in nomine et in gaudium et in laudem et in exultationem cunctis gentibus terre que audierunt omnia bona que ego facturus sum eis. et pauebunt et turbabuntur in universis locis. et in omni pace quam ego faciam eis. Hec dicit dominus. Ahuc audietur in loco isto quem vos dicitis esse desertus eo quod non sit homo nec iumentum in civitatibus iuda et foris hierusalem que desolate sunt ab homine et absque habitatore et absque pecore. Vox gaudii et vox leticie: vox sponsi et vox sponse. vox ditentium: Confitemini domino exercituum quonia bonus dominus. quonia in eternis misericordia eius. et portantium vora in domum domini. Reducam enim et convertere sionem terre sicut a principio dicit dominus. Hec dicit dominus exercituum. Ahuc erit in loco isto deserto absque homine et absque iumento. et in cunctis civitatibus eius: habitaculum pastorum et accubantium greges et in civitatibus motuosis. et in civitatibus campestribus. et in civita-

tibus que ad austrum sunt et in terra beniamin et in circuitu hierusalem. et in civitatibus iuda. adhuc <sup>scilicet viam huius vite. et iuxta dispositionem scilicet veteris pastorem viventes. qui ait. gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis. et qui numerat multitudinem stellarum.</sup> transibunt greges ad manum innumerantis ait dominus. Ecce dies veniunt <sup>scilicet adventu filii quo verbum dei caro factum est et habitavit in nobis.</sup> dicit dominus. et suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad domum israel et ad domum iuda. In diebus illis et in tempe illo germinare faciam <sup>scilicet christum qui fecit iudicium et iusticiam in terra. quia iusticia cingulum lumborum eius et fides circumcinctio.</sup> david germen iusticie. et faciet iudicium et iusticiam in terra. In diebus illis salvabitur iuda et israel <sup>scilicet in fide christi. et sub protectione dei.</sup> habitabit confidenter. Et hoc est <sup>scilicet quod alibi dicitur emanuel. i. nobiscum deus quia verbum caro factum est et habitavit in nobis.</sup> nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. Quia hec dicit dominus <sup>scilicet christus et membra eius.</sup> Non interibit vir de david qui se deat super thronum domus israel et de sacerdotibus et leuitis non interibit vir a facie mea que offerat holocausta et incedat sacrificium et cedat victimas cunctis diebus. Et factum est verbum domini ad hieremiam dicens. Hec dicit dominus. si iratum potest fieri pactum meum cum die et nocte. ut non sint dies et nox in tempore suo. et pactum meum irritum esse poterit cum seruo meo david. ut non sit ex eo filius qui regnet in domo eius. et leuitae et sacerdotes ministri mei sicut enumerari non possunt stelle celi et metiri barena maris: sic multiplicabo semen david serui mei. et leuitas ministros meos. Et factum est verbum domini ad hieremiam dicens. Nunquid non vidisti quod populus hic locutus sit dicens. Dux <sup>scilicet hostium.</sup> cognationes quas elegerat dominus

sur. de quo dicit. Dominam in seculo seculi semen eius et thronum eius sicut dies celi. et alibi. Juravit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum. Dominus sacerdotis mebra sunt filii ecclesie. unde petrus. Vos estis gens electa regale sacerdotium etc. hic holocausta et sacrificia offert gratissima patri. Et factum est verbum domini. Rabanus. Cognata similitudine boves insultantes populo dei confundit. quia sicut leges celi et terre diei et noctis in ordine suo immobiliter persistunt. sic promissio dei immobilis permanebit. duas cognationes a domino electas regale et sacerdotalem tribus vel duas que fuerunt in hierusalem. et decem que fuerunt in samaria possumus intelligere. Has elegit dominus quando patribus eorum promisit terram fluentem lacte et melle. Sed licet plurimi eorum in veritate erraverunt. plerique tamen in fide recta et operatione bona probati inveniunt. quia ex ipsis apostoli et primitiva ecclesia.

Hec dicit dominus. Supra dixerat de creatione solis lunae et stellarum et cursu earum quod earum leges mutari non possunt. nunc similiter dicit pactum diei et noctis irritum non posse fieri. neque pactum domini cum david. Finito enim sacerdotio legali christi regnum et sacerdotium in eternum manebit.

scilicet principale cuius summa solus deo nota qui numerat multitudinem stellarum etc.

scilicet insultando. scilicet sacerdotalis et regia. vel iudas et israel. scilicet quibus promiserat terram fluentem lacte et melle.

<sup>ser toto.</sup>  
 abiecti sunt et populum meum de  
<sup>hoc dicentes.</sup> <sup>reputatione ipsoz.</sup>  
 spererunt. eo qd non sit ultra gens  
 coram eis. **Hec** dicit dominus. si  
 pactum meum inter diem et noctem  
 et leges celo et terre non posui: equi  
 dem et semen iacob et dauid serui  
 mei proiciam ut non assumam de se  
<sup>hoc quibus dicitur nati sunt tibi fi</sup>  
<sup>lii p. p. f. o. terram.</sup>  
 mine eius principes seminis abra  
 ham ysaac et iacob. reducam enim  
 conversionem eorum et miserebor eis.

**C. XXXIII.**

**U**erbu quod  
 factu est ad hieremiam  
 a domino: quando nabuchodono  
 sor rex babilonis et omnis exerci  
 tus eius uniuersaq; regna terre q  
 erant sub potestate manus eius et  
 omnes populi bellabant contra hie  
 rusalem et contra omnes vrbes ei  
 dicens. **Hec** dicit dñs deus israel  
 vade et loquere ad sedechiam regem  
 iuda. et dices ad eum. **Hec** dicit do  
 minus. **Ecce** ego tradam ciuitatem  
 hanc in man<sup>u</sup> regis babilonis. et  
 succedent eam igni. et tu non effugi  
 es de manu ei<sup>9</sup>: sed comprehensione  
 capieris. et in manus eius traderis  
 et oculi tui oculos regis babilonis  
 videbunt. et os eius cum ore tuo lo  
 quetur. et babilonem introibis. at  
 tamen audi uerbu domini sedechia  
 rex iuda. **Hec** dicit dñs ad te. **No**  
 morieris in gladio sed in pace mo  
 rieris. et scdm combustiones patrum  
 tuoz regu prioru q fuerunt ante te  
 sic comburent te. et ve domine plan  
 gent te. qz uerbu hoc ego locutus  
 sum dicit dominus. **Et** locutus est  
 hieremias propheta ad sedechiaz  
 regem iuda uniuersa uerba hec i hie  
 rusalem: et exercitus regis babilo  
 nis pugnabat contra hierusalem. et co

**U**erbu quod  
 factum est. **Raba**  
 nus. **L**icet rex nequissi  
 mus nra sit indignus  
 quia tamen miseratio  
 nes dei et multe et mag  
 ne nimis. sepins euz p  
 prophetas monerat  
 per hieremiam scilicet  
 in iudea et ezechielem  
 in babilone uaticina  
 tem. predicans futuram  
 captiuitatem si quo mo  
 do illum ad penitenti  
 am prouocaret. **S**ed  
 mens indurata magis  
 eligit in nequitia ple  
 uerare qz uitam corri  
 gere. unde debitam in  
 uenit penam cum po  
 pulo suo captiuatus.

tra omnes ciuitates iuda que reli  
 ctę erant contra lachis. et contra azecha  
 hec eni superant de ciuitatibus iu  
 da vrbes munitę. **U**erbu quod fa  
 ctum e ad hieremiam a domo post  
 qd percussit rex sedechias sedus cu  
 omni populo in hierusalē. pdicās  
 ut dimitteret unusquisq; seruu suu  
 et unusquisq; ancillā suā. hebreu. et  
 hebream liberos. et nequa qd domi  
 naretur eis. i. in iudeo et fratre suo  
**A**udierunt ergo omnes principes et  
 uniuersus populus qui inierat pa  
 ciu ut dimitteret unusq; seruum  
 suu. et unusq; ancillā suā liberos  
 et ultra non dñaretur eis. **A**udierunt  
 igitur. et dimiserunt. **E**t conuersi  
 sunt deinceps et retraxerunt seruos  
 suos et ancillas suas quos dimise  
 rant liberos. et subiungauerunt i samu  
 los et in famulas. **E**t factus est uer  
 bum ad hieremiam a domino dicens  
**Hec** dicit dñs deus israel. **E**go p  
 cussi sedus cu patribus uestris in  
 die qua eduxi eos de terra egypti.  
 de domo seruitutis dicens. Cum  
 cōpleti fuerint septē anni dimittat  
 unusq; fratre suu hebreu q uedi  
 tus est ei. et seruiet tibi sex annis. et  
 dimittes eu a te libez. **E**t non audi  
 erunt me patres uestri: nec inclinaue  
<sup>† s ab iniquitatibus uestror patru.</sup>  
 runt aures suā. **E**t cōuersi estis vos  
 hodie et fecistis quod rectum est in  
 oculis meis ut predicaretis unus  
 quisq; libertatez ad amicum suu.  
 et iniistis pactu in conspectu meo  
 in domo i qua inuocatu est nomē  
<sup>† s ad iniquitatem uestrā</sup>  
 meū super eam. **E**t reuersi estis et  
 pmaculati estis nomē meum. et re  
 duxistis unusq; seruum suum et  
 unusq; ancillā suam quos dimi  
 seratis ut eēt liberi et suę ptātis. et  
 subiungastis eos ut sint uobis ser  
 ui et ancille. ppter ea hec dicit dñs

**A**udi er. o. r. 21  
 et. **Raban**. **P**ar. 5  
 loco. quia nichil profi  
 cit cuiuslibet bonum in  
 choare si nō studuerit  
 illud ad bonum finem  
 perducere. **Q**ui enim  
 perseverauerit usq; in  
 fines saluus erit. **P**re  
 ceptum erat in lege ut  
 filij israel fratres suos  
 non venderent condi  
 cione seruoꝝ. nec affli  
 gerent: sed tempore sta  
 tuto reuerterentur ad  
 cognationem et posses  
 sionem patrum suoz  
 haberetq; seruos et an  
 cillas de nationibus  
 que in circuitu eoz es  
 sent. **H**oc sedechias et  
 populus iudeoz se  
 facturos promiserunt  
 sed conuersi retraxerunt  
 seruos et ancillas retraxerunt  
 quos dimiserant  
 liberos. unde irat<sup>9</sup> do  
 minus tradidit eos oī  
 bus regnis terre. et gla  
 dium et pestem et fame  
 misit super eos. et ciui  
 tates eoz igne succen  
 dit. **T**ropologicē aut  
 cum fratres nostros i  
 tutelam nostram susce  
 pimus propter teum  
 nobis subiectos nō opp  
 mamus p potentiam.  
 nō inuicte seruitutis i  
 ponamus molestiā. sꝫ  
 fraterno affectu tracte  
 mus eos. adiuuemus  
 eos uerbo et exemplo.  
 ut uero domio q eos  
 redemit sanguine suo  
 possint dignū exhibe  
 re seruitiū. donec uer<sup>9</sup>  
 inuileus ueriat. et unus  
 quisq; proprie restituatur  
 dignitati et posses  
 sioni. vñ petrus. **P**as  
 cite qui in uobis e gre  
 gem dñi spontaneē. ne  
 qz ut dominantes in  
 cleris z.



Vos nō audistis me ut p̄dicaretis libertatem unusquisq; fratri suo et vnusquisq; amico suo. Ecce ego p̄dico vobis libertatē ait dominus ad gladiū et ad famē et ad pestem. et dabo vos in p̄motionem cunctis regnis terre. et dabo viros qui p̄uaricantur sedas meū. et nō obseruauerūt verba fēderis quibus assensu sunt in cōspectu meo. vitulus quem conciderūt in duas partes. <sup>et si victime quā sacrificauerūt domino iuxta conditionem pacti quod iurāt.</sup> et trāsterūt inter diuisiones eius. principes iuda et principes hierusalē. eunuchi et sacerdotes. et omnis populus terre qui trāserunt inter diuisiones intuli. et dabo eos in manū inimicorū suorū et in manū quērentium animarū eorū. et erit <sup>scilicet daver-</sup> morticinū eorū in escā volucibus cęli et bestiis terre. Et sedechiaz regem iuda et p̄cipes eius dabo in manū inimicorū suorum. et in manū quērentiū animarū eorū. et in manū exercitus regis babilonis qui recesserūt a vobis. Ecce ego p̄cipio dicit dominus. et reducā eos in ciuitatē hanc et p̄griabuntur aduersus eam. et capient eam et succēdēt eam igni. Et ciuitates iuda dabo in solitudinē: eo q̄ non sūt habitatoz.

CC. XXXV.

**U**erbu3 quod factum est ad hieremiā a domino in diebus ioachim filij ioseph regis iuda dicens. **U**ade ad domū rechabitarū et loq̄re ad eos et introduce eos in domū domini in vnā exēdam thesaurorū. et dabis eis bibere vinū. **E**t assumpsit iconiā filiū hieremię filij absamę et fratres eius et omnes filios eius et vniuersas domū rechabithaz: et introduxi eos in domū domini ad

gazophilaciū filiorū anan filij hieredielij hominis dei quod erat iuxta gazophilaciū p̄ncipū sup̄ iherosolimitanū maasie filij sellū. qui erat custos vestibuli. **E**t posui corā filiis domus rechabithaz cyphos plenos vino. et calices. et dixi ad eos. **B**ibite vinū. **Q**ui r̄sponderunt. Non bibemus vinū: quia ionadab filius rechab pater noster p̄cepit nobis <sup>et in quo est luxuria que euerit iherosolimam.</sup> dicens. **N**on bibemus vinū vos et filij vestri: vsq; in sempiternum. **E**t domū nō edificabitis et sementem nō seretis. et vineas nō plantabitis. <sup>et si tanq̄m aduene et p̄grini super terram.</sup> nec habebitis. <sup>et in tabernaculis</sup> habitabitis cunctis diebus v̄stris. <sup>et conuersionem vite sanctę agatis.</sup> ut uiuatis diebus multis sup̄ faciem terre in qua uos <sup>sa domino.</sup> p̄grinamini. **O**bediimus ergo uoci ionadab filij rechab patris nostri in oibus que p̄cepit nobis. ita ut nō biberemus uinū cunctis diebus v̄stris nos et mulieres nostrę. filij et filię nostrę. et nō edificaremus domos ad habitandū et uineam et agros et sementē nō habuimus. <sup>et si quicquid minus fecerimus nō voluntati sed necessitati asserendum est.</sup> sed habitauimus in tabernaculis et obedientes fuimus iuxta omnia que p̄cepit nobis ionadab p̄ noster. **A**uz autē ascendissit nabuchodonosor rex babilonis ad terram nostrā diximus. **U**cite ingrediamur hierusalem a facie exercitus chaldeorū et a facie exercitus syrie. et mansimus in hierusalē. **E**t factū est uerbum domini ad hieremiam dicens. **D**ec dicit dominus exercitū deus israel uade et dic uiris iuda et habitatoribus hierusalē. **N**unquid non accipietis disciplinā ut obediatis uerbis meis dicit dominus? **P**recualuerūt sermones ionadab filij rechab

scenderunt mandata legis. **I**usti enim quibus non est lex posita sic probantur non esse sub lege. sed iusticias legis scilicet nō solū implere uerū etiam supra re cōtendunt. ut debitis uoluntaria addant hinc abraham que tu re sibi uictorie debebatur. ipso enim spolia re tulerat suppliciter obseruante noluit accipere. hinc dauid p̄sequētes interfectos restituit. hic helyas et hieremias p̄gines p̄manerūt. hic filij ionadab propter obedientiam patri ex habitam. a domino laudantur et futura eis bona promittuntur. q̄ offerre decimas possessionum nō contenti sed et ipsas possessiones respuentes suas animas deo obtulerunt. quā enim commutationes dabit homo pro anima sua. **S**cire ergo debemus a quibus legale mā datum non exigit. sed sermo sonat euāgelicū si uis p̄fectus esse. uade et uende omnia que habes. et. **C**um decimas offerimus quodā mō sub legis sarrāa retinemur nec ad euāgelicū fastidium peruenimus quod obtinentibus promittit non tantum p̄sentis uite p̄mia sed future. **L**ex autē huius uite solacia p̄mittit dicens. **Q**ui fecerit hęc uerba. **B**eatum uero dicit. **B**eati paupes. **S**ed et cetera. **N**on magnum est ab illicitis abstinere. sed si ab illicitis p̄cepta reuerentiam eius q̄ ea nobis propter infirmitatem nostram p̄mittit. **Q**uod enim precipiēdu3 generaliter erat quod ab omnibus apprehēdi nō poterat. qui cū magni sunt p̄fectione uirtutum possunt coronari. **Q**ui autē parui sunt nec implent mensuram eratis p̄fectionis corporis christi. licet fulgore maiore latere uideatur. a tenebris tū male dictionum que in lege sunt alieni. nec p̄sentibus malis adiciuntur nec supplicio plectuntur eterno.

CC. XXXV.

**U**erbu3 quod Rabanus. **C**ū propheta in proximo capitulo de sedechia et que sub eo facta sunt egisset. nūc ad ioachim filij ioseph tempa narrationem cōuertit. **U**nde patet q̄ non ordinem tempis in narratione seruauit. sed scdm dispensationem sp̄s sancti qui in eo locutus ē pro oportunitate causarū. et pro cōuenientia rerū prophetiarū suarū scribi uoluit. sicut in multis maxie in euāgelio fit. ut sciat lector scripturas sacras nō humana uisitatione esse cōpositas sed inspiratione et ordinatione diuina.

**U**ade ad domum. **R**abanus. **A**d confutandam sup̄biam iudeorū qui mandatis dei resisterunt et iussui dñi rechabitas obediētes obijcit. qui p̄ceptis ionadab in omnibus obediētes. vsq; quo exeret necessitate babilonię hierusalē compulsi sunt intrare. unde promittit eis dñs q̄ si deficiet uir de stirpe ionadab stans in cōspectu suo cunctis diebus. **D**ystice autē rechabite significat eos qui de siderio p̄fectionis trā-

quos p̄cepit filijs suis. ut non biberent uinum: et non biberunt usque ad diem hanc. quia obedierunt p̄cepto patris sui. <sup>f qui maior ionadab et vnus pater dñi.</sup> Ego autē locutus sum ad vos de mane cōsurgens et loquens et non obedistis michi. <sup>f per prophetas.</sup> Misique ad vos omnes seruos meos propheetas. cōsurgens diluculo mittensque et dicens. <sup>f per prophetas.</sup> **C**onuertimini vnusquisque a via sua pessima. et bona facite studia vestra. et nolite sequi deos alienos neque colatis eos. et habitabitis in terra quam dedi vobis et patribus vestris. <sup>f opatione cogitatione locuti one.</sup> **E**t non inclinastis aurem vestram neque audistis me. <sup>f firmiter tenuerunt.</sup> firmauerunt igitur filij ionadab filij rechab p̄ceptū patris sui quod p̄ceperat eis. **P**opulus autē iste non obediuit michi. **I**dcirco hec dicit dñs exercituum deus israel. Ecce ego adducam super iudam et super omnes habitatores hierusalē vniuersam afflictionem quam locutus sum aduersum illos eo quod locutus sum ad eos et non audierunt. <sup>f per prophetas.</sup> vocaui illos et non rēderunt michi. <sup>f obediendo.</sup> **D**omui auteque rechabitarum dixit hieremias. **H**ec dicit dñs exercituum deus israel. **P**ro eo quod obedistis p̄ceptis ionadab patris vestri. et custodistis omnia mādata eius et fecistis vniuersa que p̄cepit vobis: propterea <sup>f cui in ionadab obedistis.</sup> hec dicit dñs exercituum deus israel. **N**on deficiet vir de stirpe ionadab filij rechab <sup>f inobilis vniuersiter agēs</sup> stas in cōspecu meo cunctis diebus.

**Cc. XXXVI.**  
**E**t factū est in anno quarto ioachim filij iosie regis iuda: factum ē verbū hoc ad hieremiam a dño dicens. **T**olle volumen libri. et scribes in eo

omnia verba que locutus sum tibi aduersum israel et iudam et aduersum omnes gētes a die qua locutus sum ad te. ex diebus iosie vsque ad diem hanc. **S**i forte audiente domo iuda vniuersa mala que ego cogito facere eis. reuertatur vnusquisque a via sua pessima et p̄picius erit iniquitati et peccato eorum. **V**ocauit ergo hieremias baruch filium nerię et scripsit baruch ex ore hieremie omnes sermones dñi quos locutus est ad eum in volumine libri. <sup>f ne aliquid occideret.</sup> **E**t p̄cepit hieremias baruch dicens <sup>f quasi ego si clausus sum verbū domini non est alligatū.</sup> **E**go clausus sum. nec valeo ingredi domum dñi. **I**ngredere ergo tu et lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba dñi. audiente populo in domo dñi in die ieiunij. <sup>f vt nemo excusabilis sit</sup> **I**n super et audiente vniuerso iuda que veniunt de ciuitatibus suis leges eis. si forte cadat oratio eorum in cōspectu domini et reuertatur vnusquisque a via sua praua: quoniam magnus furor est et indignatio quam locutus est dñs aduersum populū hūc. **E**t fecit baruch filius nerię iuxta omnia que p̄cepit ei hieremias propheeta: legens ex volumine sermones dñi in domo dñi. **F**actum est autē in anno quinto ioachim filij iosie regis iuda. in mense nono p̄dicauerunt ieiuniū in cōspectu domini omni populo in hierusalē. et vniuersam multitudinē que cōfluxerat de ciuitatibus iuda in hierusalē. **L**egitque baruch ex volumine sermones hieremie in domo dñi. in gazophylacio gamarię filij saphan scribę in vestibulo supiori in introitu porte nouę domus dñi. audiente omni populo. **C**ūque audisset micheas filius gamarię filij saphan omnes sermones domini ex libro: descendit

**S**i forte audiente etc. Immissa clementia conditoris contemptus non ultionem ingerit sed penitentibus indulgentiam promittit. nec tantum iudicis sed omnibus gentibus verbum predicationis per prophetas dirigit. si quomodo conuertatur ut per misericordiam dei veniam consequatur.

**V**ocauit ergo. Propterea obedientia propheetę concordat diuine clementię. quia sicut deus consulit humanę infirmitati. monendo ut conuertatur. Ita propheeta obediendo ad salutem proxiorum exercet predicationis officium. qui et si clausus carcere per semetipsum id facere non valuit. per interpretationem quod iustum fuerat expleuit. **Q**uid ergo dicturi sunt qui soluti et liberi verbū dei proximis expendere negligunt.

**P**redicauerunt ieiuniū etc. De quibus plurimum predicauerunt per abstinentiam et afflictionem peccata abluant. et qui illicita commiserunt etiam a licitis abstineant. ut per hoc conditori satisfaciant. et que commiserunt prohibita abscondant sibi concessa et reprehendant in minimis que dereliquerunt in maximis.

**I**gitur cum au-  
disset etc. Etia audi-  
toribus necessaria e gra-  
tia spūs sancti-nisi enī  
assit spiritus sanctus  
sermo doctoris e ocio-  
sus. vna loquētis vo-  
cem omnes pariter in ec-  
clesia audimus sed nō  
omnes pariter intelli-  
mus sicut vinctio dī  
nos docet de omnibus  
Ipse quoq; doctor v-  
l cōditor non ad erudi-  
onem homini loquitur  
si per vactionem spū-  
tus non loquatur. Di-  
ctum est enim ebyam  
peccasti quiete. sed qz  
culpīs prohibentibus  
nō est inunctus. verba  
rei audire potuit sed  
nō seruare. sic ioachim  
z serui eius verba rei  
audire poterant anre  
corpis sed nō cordis.

**E**t ore suo lo-  
re. Significat qz apli z p-  
phetz nullā necessitatē  
tractandi vel peunā  
loquēdi patiebant. s-  
prompte z facile omnia  
proferebāt. vnd nolite  
cogitare quō aut qd  
loquamini.

**E**t proiecit i ig-  
Stupēda idurati cor-  
dis nequitia qui debu-  
erūt monitis salutari-  
bus ad pēnia m cōpun-  
gi. verba dñi tradide-  
runt igni z propheta z  
docentē z corrigentem  
quē honorare rebuerūt  
cōrumelios affecterūt. qz  
spūs nequā q semp spi-  
ritui gratiē aduersat  
corda eorū indurabat  
ne crederēt z peniterēt.

**A**bscōdit autē zē  
Contra quē frustra ni-  
tatur hūana psump-  
tio. Custodit enī do-  
minus omnes diligen-  
tes se. z omnes peccato-  
res dispdet.

**P**ropterea hęc  
dicit do- zē. Digna  
vltio qz sermones do-  
mini cōbussit. sic quicū-  
q; mādatīs dñi resistit  
scdm cordis sui durici-  
am sustinebit vindictā  
que enim seminauerit  
homo hęc z metet. Do-  
tandum autē qz in pali-  
pomenon legit. qz hūc  
ioachim nabuchodo-  
nosor. vinctus duxit in  
babylonē. z in libro re-  
gam qz dormierit ioa-  
chim cum patribus suis  
z regnavit ioachim fili-

in domū regis ad gazophylacium  
scribe. Et ecce ibi omnes p̄cipes  
sedebāt. elisama scriba et dalaias  
filius semeiē z elnathan filius ach-  
obor z gamarias filius saphā z se-  
dechias filius ananiē et vniuersi  
p̄cipes. Et nūciauit eis michēas  
om̄ia verba que audiuit legentem  
baruch ex volumine in auribus  
populi. Miserūt itaq; om̄es prin-  
cipes ad baruch iudi filij narba-  
niē filij selemiē filij chusi dicentes  
Volumē ex quo legisti audiente po-  
pulo sume in manu tua z veni. Tu-  
lit ergo baruch fili⁹ neriē volumē  
in manu sua. z venit ad eos. Et dix-  
erūt ad eū. Sede z lege hęc in au-  
ribus nostris. Et legit baruch i au-  
ribus eorū. Igit̄ cū audissent om-  
nia verba hęc. obstupuerūt vnus-  
quisq; ad proximū suū. z dixerunt  
ad baruch. Nūciare debemus re-  
gi omnes sermones istos. Et inter-  
rogauerūt eū dicētes. Indica no-  
bis quō scripsisti omnes sermōes  
istos ex ore eius. Dixit autē eis ba-  
ruch. Ex ore suo loquebat̄ quasi le-  
gens ad me om̄es sermōes istos. z  
ego scribebā in volumine attramen-  
to. Et dixerūt p̄cipes ad baruch.  
Vade z abscondere tu z hieremias  
z nemo sciat vbi sitis. Et igressi sūt  
ad regem in anitū. Porro volumē  
cōmendauerunt in gazophylacium  
elisamē scribē. z nūciauerunt audi-  
ente rege z vniuersis p̄ncipibus  
om̄es sermōes. Misit itaq; rex iu-  
di vt sumeret volumē. Qui tollēs  
illud de gazophylacio elisamē scri-  
bē legit audiente rege. z vniuersis  
p̄ncipibus qui stabāt circa regem  
Rex autē sedebat in domo byema-  
li in mēse nono. z posita erat arula  
coram eo plena p̄cnis. Cūq; le-  
gisset iudi tres pagellas vel quatu-  
or. scidit illud scalpello scribē z p-

fecit in ignē qui erat sup arulas do-  
nec plumeretur omne volumen ig-  
ni qui erat in arula. Et nō timuerūt  
neq; sciderūt vestimenta sua rex et  
om̄es serui eius. qui audierūt ser-  
mōes istos vniuersos. Verūtāmē  
helnathan z dalaias et gamarias  
cōtradixerunt regi ne cōbureret li-  
brū. z nō audiuit eos. Et p̄cepit  
rex hieremiel filio amelech et sara-  
iē filio erzibel et selemiē filio abde-  
hel. vt cōp̄benderēt baruch scri-  
bam z hieremiam p̄phetam. Ab-  
scōdit autē eos dñs. Et factus ē ver-  
bum dñi ad hieremiā p̄phetam  
postq; cōbuserat rex volumen et  
sermōes quos scripserat baruch  
ex ore hieremie dicēs. Rursum tol-  
le volumē aliud. z scribe in eo oēs  
sermōes p̄iores qui erāt in primo  
volumine quod cōbussit ioachim  
rex iuda. Et ad ioachim regē iuda  
dices. Hęc dicit dñs. Tu p̄bussisti  
volumē istud dicēs. Quare scripsi  
sti in eo annūcians. festinus ueiet  
rex babylonis et uastabit terram  
hāc z cessare faciet ex illa homines  
z iumentum. Propterea hęc dicit  
dñs deus cōtra ioachim regem iu-  
da. Nō erit ex eo qui sedeat sup so-  
lium dauid. z cadauer eius projic-  
ietur ad estus p̄ diem. z ad gelu p̄  
noctem. z visitabo cōtra eū z con-  
tra semen eius z contra seruos ei⁹  
iniquitates suas. z adducas super  
eos z super habitatores hierusalē  
z super viros iuda omne malū qd  
locutus sum ad eos. z nō audierūt  
Hieremias autē tulit volumen ali-  
ud z dedit illud baruch filio neriē  
scribē qz scripsit i eo ex ore hieremie  
omnes sermones libri que p̄bussit  
rat ioachim rex iuda igni. et insup  
additi sunt sermōes multo plures  
q̄ antea fuerant.

us eius pro eo. Sed io-  
seph hieremie verbis  
magis cōcordare vide-  
tur asserens ipsum ioa-  
chim patrē iechonię a  
rege babylonis in hie-  
rusalē fuisse interfectū  
nō captiū in babylō-  
nem ductum. In decimo  
antiquitatum libro  
dicens ita. Dñ rex ba-  
bylonis intrasset ciui-  
tatem nequaquā fidē ser-  
nauit sed iuuenes for-  
tissimos z recores oc-  
cidit vna cum rege ioa-  
chim quē etiā an ma-  
ros insepultus p̄iā ius-  
sit. Filius vero eius io-  
achim regem constituit  
vniuersę p̄uincię. col-  
autem qui erant in dig-  
nitatibus cōstituti nu-  
mero tria milia. capti-  
uos duxit in babylonē  
inter quos ezechiel p̄-  
pheta erat acbuc puer  
hic ḡ finis habuit regē  
ioachim qui vixit an-  
nis triginta sex. Reg-  
nauit autem annis vi-  
decim. Successor vero  
regni ioachi regnauit  
tribus mensibus z die-  
bus decem. Sed vñ  
in hierusalē an in ebal-  
dea memoratus ioach-  
im pierit non est querē-  
dum. cū iuxta prophe-  
tam cadauer eius con-  
stet eē proiectū ad estū  
per diem z ad gelu per  
noctem. vt qui scriptu-  
ram prophetiā igne  
cremauerit. estu solis z  
gelu noctis vretet.

**H**ieremias autē  
tulit a. zē. Rabanus  
Post cōbustionē scy-  
p̄ionis quia reprobatā  
iudę propter p̄fidiam  
libri legis z prophetā z  
ad salutes gentium ser-  
uati sunt. ad quas ois  
gloria veteris testamē-  
ti trāslata est qz om̄ia  
in figurā conungebāt  
illio. Scripta sunt au-  
tem ad correctionē no-  
strā zē. Et additi sunt  
sermōes multo plures  
q̄ antea fuerant. quia  
illi hystoriam tantum-  
nos autem cum hysto-  
ria mysticum sensū ha-  
bemus. Illi enim sup  
cor velamen habēt cū  
legitur moyses. nos au-  
tem reuelata facie glo-  
riā rei cōtemplamur.

**E**t regnavit zc. Sedechias post ioachim qui cognominatus est iechonias regnavit undecim annis non solum hieremie sed et liber regum et palypomenon narrat. Si quidem post iohannem patrem eius regnavit ioachaz tribus mensibus post quem eliab qui et ioachim frater eius annis undecim post hunc quoque ioachim filius ioachim tribus mensibus et diebus decem et post eum sedechias patris eius annis undecim sed omnes iniqui fuerunt et ydolatre et idopierunt.

**O**ra pro nobis do. zc. Nequaquam se orare postulat quia divinis mandatis obtemperare noluit qui convertit aurem suam ne audiat legem oratio eius erit execrabilis.

**I**gitur exercitus. Quo chaldei soluerunt hanc obsidionem advenientibus egyptiis iosephus manifestat. vassum regem egypti auxilium venisse iudicis dicens. Itaque dum cognovisset hoc babylonie rex movit castra adversus eum et afflictam provinciam et munitiones eius diripiens ad ipsam hierosolimorum civitatem obsideadam cum magno venisset exercitu. Rex autem egyptus audiens quia sedechias eius amicus esset obsessus adempta virtute maria bellatorum venit ad iudaeos quasi absolventes obsidionem babylonis autem recedens ab hierosolimis occurrit egyptiis quos omnes superatos per se in fugam vertens de syria exire coegit. Cum per discessisset babyloniorum rex ab hierosolimis deperunt falsi prophetae sedechiam dicentes babylonios non esse contra cum venio pugnaturus sed reuersuros sed qui in babyloniam captivi erant cum vasis dei quem rex abstulerat. Hieremias contraria et vera prophetavit.

**Cc. XXXVII.**  
**E**t regnavit rex sedechias filius ioseph pro iechonia filio ioachi quem constituit regem nabuchodonosor rex babylonis in terra iuda et non obediit ipse et servi eius et populus terre verbis domini quem locutus est in manu hieremie prophetae. Et misit rex sedechias iuchal filium selemie et sophoniam filium maasie sacerdotem ad hieremiam prophetam dicens. Ora pro nobis domine deum nostrum. Hieremias autem libere ambulabat in medio populi. Non enim miserant eum in custodia carceris. Igitur exercitus pharaonis egressus est de egipto et audientes chaldei qui obsidebant hierusalem huiusmodi nuntium recesserunt ab hierusalem. Et factum est verbum domini ad hieremiam prophetam dicens. Hec dicit dominus deus israel. Sic dicitis regi iuda qui misit vos ad interrogandum me. Ecce exercitus pharaonis qui egressus est vobis in auxilium revertetur in terram suam in egiptum et redient chaldei et preliabuntur civitatem hanc et capient eam et incendet eam igni. Hec dicit dominus. Nolite decipere animas vestras dicentes. Eunt abibunt et recedent a nobis chaldei quia non abibunt. Sed si percusseritis omnes exercitum chaldeorum qui preliantur adversum vos et derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati singuli de tentorio suo consurgent et incendunt civitatem hanc igni. Ergo cum recessisset exercitus chaldeorum ab hierusalem propter exercitum pharaonis egressus est hieremias de hierusalem ut iret in terras beniamin et divideret ibi possessionem in conspectu civium. Cumque percutisset

set ad portas beniamin erat ibi custos portarum p vices nomine hierias filius selemie filij ananie et apprehendit hieremiam prophetam dicens. Ad chaldeos profugis. Et respiciens dicit hieremias. falsum est. Non fugio ad chaldeos et non audivit eum sed comprehendit hieremiam hieremiam et adduxit eum ad principes. Quamobrem irati principes contra hieremiam cecum eum miserunt in carcerem qui erat in domo ionathae scribae. Ipse enim erat positus super carcerem. Itaque ingressus est hieremias in domum lacu et in ergastulum et sedit ibi hieremias diebus multis. Mittens itaque rex sedechias tulit eum et interrogavit eum in domo sua abscondite et dixit. Putas ne est sermo a domino? Et dixit hieremias est. Et ait. In manus regis babylonis traderis. Et dixit hieremias ad regem sedechiam. Quid peccavi tibi et servis tuis et populo tuo quod misisti me in domum carceris? ubi sunt prophetae vestri qui prophetaebant vobis et dicebant non veniet super vos rex babylonis et super terram hanc? Nunc ergo audi obsecro domine mi rex. Valeat deprecatio mea in conspectu tuo et ne me remittas in domum ionathae scribae ne moriar ibi. Precepit ergo rex sedechias ut traderet hieremias in vestibulum carceris et ut daret ei totam panis quotidie excepto pulmento donec plumeretur omnes panes de civitate. Et mansit hieremias in vestibulo carceris.

**Cc. XXXVIII.**  
**A**udiuit autem saphacias filius nathan et tedelias filius phassur et iuchal filius selemie et phassur filius melchie

**Quamobrem.** Rabanus. Frustra excusant sedechiam a quali non sponte sed coacta voluntate populi et rogatu principum hieremiam in carcerem miserunt illud ad confirmationem opinionis iducentes quod pio affectu in necessitate famis iusserit ei dari cybaria cum ille qui infidelis et deo contrarius fuit homini fidem servare non potuerit patet enim in operibus eius quod nec in te timore nec in proximi dilectione aliquid deo gratum egerit et ideo iuste peccatorum suorum vindictam passus sit.

sermone quos hieremias loque-  
batur ad omnes populum dicēs.

**Hec dicit dñs.** Quicūq; m̄aserit  
in ciuitate hac. mozieſ gladio ⁊ fa-  
me ⁊ peste. Qui autē profugerit ad  
chaldeos uiuet. ⁊ erit ani ma eius  
sospes ⁊ uiuens. **Hec dicit domi-  
nus.** Tradendo tradet ciuitas hec  
in manū exercitū regis babylois  
⁊ capiet eam. **Et dixerūt prícepes**

regi. **Rogamus** ut occidat homo  
iste. De industria enī dissoluit ma-  
nus viroz bellantiū qui remanse-  
runt in ciuitate hac. ⁊ manus vni-  
uersi populi. loquēs vniuersa ver-  
ba hec. **Siquidē** hō iste nō querit  
pacem populo huic: sed malū. **Et**  
dixit rex sedechias. **Ecce ipse** i ma-  
nibus vestris est. nec enī phas est  
regē vobis quicquā negare. **Tule-  
rūt** ergo hieremiam ⁊ proiecerunt  
eū in lacuz elchie filij amalech qui  
erat in vestibulo carceris. ⁊ submi-

serūt hieremiā in funibus in lacuz  
in quo non erat aqua sed lutū. de-  
scēdit itaq; hieremias in cenū. **Au-  
diuit** autē abdemelech ethyops vir  
eunuchus qui erat in domo regis  
q; miserāt hieremiā in lacuz. **Por-  
ro** rex sedebat in porta beniamin.

**Et egressus** est abdemelech de do-  
mo regis. ⁊ locutus est ad regē di-  
cens. **Domie** mi rex: male fecerūt  
viri isti omīa quęcūq; ppetrarunt  
cōtra hieremiā prophetam. **Mittē-  
tes** eum in lacum vt moriatur. ibi  
fame. **Nō** sunt enī vltra in ciuitate  
panes. **p̄cepit** itaq; rex abdeme-  
lech ethyopi dicens. **Tolle** tecum  
hinc triginta viros. ⁊ leua hieremiā  
prophetaz de lacu anteq; moziat.

**Assumptis** ergo abdemelech secū  
viris ingressus est domuz regis q̄  
erat sub cellario. ⁊ tulit inde vete-

res pannos ⁊ antiqua vestimenta  
quę cōputruerāt. ⁊ submitit ea ad  
hieremiā in lacum per funiculos.

**Dixitq;** abdemelech ethyops ad  
hieremiā. **Pone** veteres pānos ⁊  
hec scissa ⁊ putrida sub cubito ma-

nuū tuarū. **et sup** funes. **fecit** ergo  
hieremias sic. **Et extraxerunt** hie-  
miam funibus ⁊ eduxerūt eū de la-  
cu. **Mansit** autē hieremias in vesti-  
bulo carceris. **Et misit** rex sedechi-  
as. ⁊ tulit ad se hieremiā prophe-  
tā ad hostiū terciū qđ erat i domo  
dñi. **Et dixit** rex ad hieremiā. **In-  
terzogo** ego te sermonē ne abscon-  
das a me aliqd. **Dixit** at hieremias  
ad sedechiam. **si annūciauero** tibi  
nūquid nō interficies me? **Et si** cō-  
siliū dederō tibi non me audies.

**Iurauit** ergo sedechias rex hie-  
mie clam dicēs. **Viuit** dñs qui no-  
bis fecit animā hanc. **Si** occidero  
te ⁊ si tradidero te in manus viro-  
rū istoꝝ qui querūt animaz tuam.  
**Et dixit** hieremias ad sedechiam.

**Hec dicit dñs** exercitū deus isrl̄  
**Si profectus** exieris ad prícepes  
regis babylois: uiuet anima tua  
⁊ ciuitas hec nō succendetur igni.  
⁊ saluus eris tu ⁊ populus tuus ⁊

domus tua. **Si** autē nō exieris ad  
prícepes regis babylois: tradet  
hec ciuitas in manus chaldeoz  
⁊ succēdent eam igni ⁊ tu non effu-  
gies de manu eoz. **Et dixit** rex se-  
dechias ad hieremiā. **Sollicitus**  
sum propter iudeos qđ trāssugerūt  
ad chaldeos ne forte tradar in ma-  
nus eoz ⁊ illudant michi. **Respō-  
dit** autē hieremias ⁊ dixit ad eum.

**Non** te tradent. **Audi** queſo vocē  
dñi quā loquar ego ad te. ⁊ bñ erit  
tibi ⁊ uiuet anima tua. **Qđ** si nolue-  
ris egredi: iste est sermo quē oñdit  
mibi dñs. **Ecce omēs** mulieres q̄  
remanserunt in domo regis iuda

uincunt ⁊ eripiūt qua-  
si ligant ⁊ trabunt: co-  
barrāt ⁊ leuant. **Sed**  
neligatus hīs funibz  
dum trahitur etiā inci-  
dat. simul etiam pāni  
veteres apponūtur. qe  
ne diuina p̄cepta nos  
terreant antiquoz pa-  
trū nos exempla cōfor-  
tant. vt eoz compatio  
ne nos posse p̄sumam?  
qđ ex nostra imbecilli-  
tate formidamus. **Si**  
ergo de hoc profundo  
elevatori festinam? lige-  
mur funibz. i. p̄ceptis  
dñicis astringamur. **In-**  
terfunt etiā panni vete-  
res vt melius teneatur  
funes. i. p̄cedentiū cō-  
formemur exemplis. ne  
infirmos nos p̄cepta  
subilia vulnerēt. vñd  
**Memento** te preposito  
rū vestroz qui vobis  
locuti sunt verbz dei  
quoz intuētes etiā cō-  
uersationis imitami-  
fidem.

**Si profectus**  
exieris. **Prophe-  
ta** p̄uidens ciuitatem  
esse tradendam in ma-  
nus chaldeoz. consu-  
luit regi: vt se traderet  
in manus regis baby-  
lonis. vt sic furibundū  
eius animuz mitigaret  
⁊ leniorem sententiā sus-  
cipet. sed mens indura-  
ta corrigi nō poterat.

**Ecce omēs**  
mulieres. **Signifi-  
cat** qđ fura cogitatio ⁊  
voluptuosi consiliato-  
res in lubrico carnaliū  
deliderioꝝ ⁊ ceno vici-  
ozum. gressus nostroz  
opm demergunt. ⁊ cō-  
temerfos videāt a no-  
bis recedunt. quia per-  
ditis nullum consiliū  
dare possunt. qđ hoc so-  
lum studebant vt i pec-  
cati voraginem precipi-  
tarent. **Si** ergo consi-  
lio diuinaz scripturaz  
peccata corrigere. ⁊ ai-  
mas nostras a perditio-  
ne per p̄nitentiam li-  
berare noluerimus cū  
vrozibus. i. cum cōcu-  
piscētijs carnalibz ⁊ fi-  
lij. i. pranis actibz ad  
chaldeos qui interp̄ta-  
t̄ demones educemur  
⁊ in manu regis eterne  
confusionis vincti tra-  
demur qui ciuitatē no-  
stram. i. carnem simul  
⁊ animaz igne cōburet  
inextinguibili.

**Et dixit rex** se-  
dechias. **Patet**  
sedechiam sine puro af-  
fectu hieremie impen-  
disse misericordiā. **Si**  
enim vere eum dilige-  
ret: non eum principi-  
bz traderet. **Infructu-  
osa** ergo fuit simulata  
miseracō. sicut pylato  
qui in passione dñi co-  
ram populo lauit ma-  
nus suas dicēs. **Inno-  
cens** ego sum a sangui-  
ne huius. **Postea** ve-  
ro flagellatus tradidit  
eum iudeis vt crucifi-  
geretur.

**Audiuit** autē ab-  
demelech. **Sicut** il-  
li prícepes qui prophe-  
tam miserunt in lacum  
demones significāt. qđ  
fideles xpi semper desi-  
derant mergere i cenā  
vicioꝝ ⁊ sordes pecca-  
toruz. sicut ethyops  
eunuchus qđ timore dñi  
⁊ amore cōpunctus eri-  
puit prophe-ā. signifi-  
cat p̄dicatores de gē-  
tibz qui se ipsos castra-  
uerūt ppter regnū celo-  
rum. qui vere charita-  
tis instructu inique op-  
pressos student verbo  
⁊ ope ⁊ exemplo de fo-  
uea perditionis eruere  
qđ ⁊ nomē eius testat.  
**Abdemelech** enim ser-  
uus regis interpretat.  
**Illius**. i. de quo dicit.  
**Rex** magnus sup om-  
nes deos. **Cui** oido p̄-  
dicatoꝝ seruit per ver-  
bum euāgelij gētes al-  
sociando fidei. **Qđ** autē  
diuinis ammonitio-  
bus ⁊ p̄cedentiū ex-  
emplis adiuti. de hui-  
⁊ vite. p̄fundo liberamur  
bene p hieremiā figu-  
rat qui cū de puteo ele-  
uatur funes ad eū ⁊ ve-  
teres panni reponunt  
**Funibz** enī p̄cepta di-  
figurantur que qđ nos  
in peccatis positos cō-

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

<sup>f seruus regis.</sup>

<sup>f castratus propter regnū celoꝝ.</sup>

educentur ad principes regis babilonis. et ipsi dicent. Seduxerunt te et prevaluerunt aduersus te <sup>¶ s. voluptuosi consiliatores.</sup> viri pacifici tui. demerserunt te in ceno et <sup>¶ carnalium desideriorum. ¶ gressus optimi.</sup> in lubrico pedes tuos. et recesserunt a te. <sup>¶ carnalium concupiscentie ¶ prauit actus</sup> Et omnes uxores tuas et filii tui <sup>¶ demonos.</sup> deducuntur ad chaldeos. et non effugies manus eorum. **S**ed in manu <sup>¶ diaboli eterne confusionis. ¶ animi scilicet simul cum corpore.</sup> regis babilonis traderis. et civitatem hanc comburet igni. Dixit ergo sedechias rex ad hieremiam. Nihil sciat verba hec. et non morieris. **S**i autem audierint principes quod locutus sum tecum. et venerit ad te et dixerit tibi. Indica nobis quid locutus sis cum rege. Non censes et non te interficiemus. et quid locutus est tecum rex. **D**ices ad eos. Prostravi ego preces meas coram rege ne me reduci iuberet in domum ionathe. et ibi morerer. **V**enerunt ergo omnes principes ad hieremiam: et interrogauerunt eum. **E**t locutus est eis iuxta omnia verba que preceperat ei rex. **E**t cessauerunt ab eo. **N**ihil enim fuerat auditum. **M**ansit ergo hieremias in vestibulo carceris usque ad diem quo capta est ierusalem. **E**t factum est ut caperetur ierusalem.

**C. XXXIX.**

**A**nno nono sedechie regis iuda. mense decimo venit nabuchodonosor rex babilonis et omnis exercitus eius ad ierusalem et obsidebat eam. **U**ndecimo autem anno sedechie mense quarto quinta die mensis aperta est ciuitas: et ingressi sunt omnes principes regis babilonis et sederunt in porta media. **N**eregel **S**erefer **S**emegar nabusarsathim **R**apsares **N**eregel **S**erefer **R**ebmag. et omnes reliqui principes regis ba-

bilonis. **C**umque vidisset eos sedechias rex iuda et omnes viri bellatores fugerunt et egressi sunt nocte de ciuitate per viam orti regis. et per portam que erat inter duos muros et egressi sunt ad viam deserti. **P**ersecutus est autem eos exercitus chaldeorum et comprehenderunt sedechiam in campo solitudinis hierichon. et captum deduxerunt ad nabuchodonosor regem babilonis in reblatha que est in terra emath. et locutus est ad eum iudicia. **E**t occidit rex babilonis filios sedechie in reblatha in oculis eius. et omnes nobiles iuda occidit rex babilonis. **O**culos quoque sedechie eruit et iunxit eum copedibus ut duceret in babilonem. **D**omus quoque regis et domum vulgi succederunt chaldei igni. et murum ierusalem subuerterunt. **E**t reliquias populi que remanserunt in ciuitate. et profugos qui transfugerant ad eum et superfluos vulgi que remanserant. transtulit nabuzardan magister militum in babilonem. et de plebe pauperum que nihil penitus habebat. dimisit magister militum nabuzardan in terra iuda. et dedit eis vineas et cisternas in die illa. **P**recepit autem nabuchodonosor rex babilonis de hieremia. nabuzardan magistro militum dicens. **T**olle illum et pone super eum oculos tuos nihilque ei mali facias. sed ut voluerit sic facies ei. **M**isit ergo nabuzardan princeps militie enabu et sefban et rapsaces et neregel et serefer et rebmag: et omnes optimates regis babilonis miserunt et tulerunt hieremiam de vestibulo carceris. et traderunt eum godolie filio aicham filii saphan ut intraret in domum et habitaret in populo. **A**d hieremiam autem factus

**P**recepit autem Rabanus. **S**uperbis et contemptoribus reddit deus supplicia. mansuetis et humilibus solacia. quod patet in sedechia rege et in hieremia propheta et nabuchodonosor regis sententia. **Q**uem mirum si per eosdem diuersis diuersa reddat qui eisdem elementis per meritum qualitate detis et reprobis diuersa rependit. aqua maris rubri israelitas seruauit illos: eisdem egyptios interfecit. flamma camini babilonij regis ministros incendit. pueros in medio ignis benedicentes deum seruauit. vnde vir sapiens in laudibus dei ait. **C**reatura enim tibi factori suo deseruens excandescat in tormentum aduersus iniustos. et leuior sit ad bene faciendum. per bonos qui in te perfidant.

**E**t liberabo te. Qui sperant in domino non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes. Ecce principes qui animam hieremie querebant captiuantur. eunuchus qui eum liberauerat perfecta potius est libertate. Sic quoque liberatis sanctis predicatoribus. persecutores eterna ultione puniuntur.

**C.** XL.  
**S**ermo qui factus est. **Q**uerit quomodo hic sermo domini factus ad hieremiam prophetam dicatur. Non enim ostenditur quomodo iste sermo fuerit vel quid manifestauerit. unde: nisi fallor datur intelligi quod liberati onem suam per principem militie diuino nutu facta. propheta occulte per hunc sermonem ad se prolatum intinere uoluerit. sicut ipse nabuzardan ait. Dominus deus tuus locutus est malum hoc super locum istum. Si ergo illi qui peccauerunt domino. nec obediuerunt iuxta sermonem domini. captiuati sunt qui peccantes corripuit et domino obedierunt iuxta sermonem domini liberati sunt.

**T**ollens ergo. Descripta vastatione urbis et interitu et captiuitate populi et perfidie regio. sequitur quid de hieremia factum sit et reliquijs populi. quas propheta monuit exire de domo domini sedere in terra sua et seruire regi babilonis. Ipsi uero maluerunt ire in egiptum ubi eos postea nabuchodonosor trucidauit et ipsam egiptum vastauit.

**S**ed habita apud godoliam. Rabanus. Miserationes domini sunt multe et iudicia eius abyssus multa. qui sicut per uariatores legis in se corripuit. ita humilibus et obedientibus misericorditer solacium consulit. Per ipsos enim hostes quibus periculum regem et ministros eius puniuit. reliquijs populi per uisorem godoliam con-

est sermo domini cum clausus esset. in vestibulo carceris dicens. Uade et dic abdemelech ethyopi dicens. **H**ec dicit dominus exercituum deus israel. Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum et non in bonum. et erunt in conspectu tuo in die illa. et liberabo te in die illa ait dominus. et non traderis in manus viroꝝ. quos tu formidas. sed eruens liberabo te et gladio non cades. sed erit tibi anima tua in salutem. quia in me habuisti fiduciam ait dominus.

**C.** XL.  
**S**ermo qui factus est ad hieremiam a domino postquam dimissus est a nabuzardan magistro militie de rama. quando tulit eum uinctum catenis in medio omnium qui migrabant de hierusalem et iuda. et ducebantur in babilonem. Tollens ergo princeps militie hieremiam. dixit ad eum. Dominus deus tuus locutus est malum hoc super locum istum. et adduxit et fecit dominus sicut locutus est. quia peccastis domino et non audistis uocem eius. et factus est uobis sermo hic. **N**unc ergo ecce solui te hodie de catenis que sunt in manibus tuis. Si placet tibi ut uenias mecum in babilonem. ueni. et ponam oculos meos super te. Si autem displicet tibi uenire mecum in babilonem. reside. Ecce omnis terra in conspectu tuo est. **N**unc elegeris et quo placuerit tibi ut uadas illuc perge et mecum noli uenire sed habita apud godoliam filium aicham filij saphan quem preposuit rex babilonis ciuitatibus iude. habitata ergo cum eo in medio populi. ut quocumque placuerit tibi ut uadas uade. Dedit quoque ei magister militie cibaria et munuscula. et dimisit

